



X V.

TRACTATVS ARISTOTE.
LIS ALCHYMISTÆ AD ALEXAN-
DRUM MAGNUM, DE LAPIDE PHI-
losophico olim conscriptus, & à quo-
dam Christiano Philosopho
collectus.

BREVIO QVI V.



HR IST I Nomine invocato, consideravi, quod
in actibus naturæ, artis ministerio perficiendis,
plerique libros Philosophorum secundum cor-
ticem intelligentes verborum operentur inuti-
liter, & damna rerum suarum incurvant innu-
mera: In hoc igitur tractatu figuram quandam
ponam, ipsam in parte declaraturus, ut in quodam libro re-
peri, qui fuit declaratio Meteororum Aristotelis, quem in
tranquillitate pacis super hac figura Alexandro transmisit:
Accipe Lapidem animalem, vegetabilem: Cuius translatio-
nem fieri fecit Honorius PAPA, à lingua Hebraica in lati-
num sermonem, per quendam Græcum in hac arte perfe-
ctum.

Vnde omissis variis operibus metallorum quorumcunque
& Spirituum, cum NATURA suos gradus ad finem ultimum
perfectissimum deducat, ostendit in metallis, ubi in profun-
dum errorum per subtilitates apparentes singuli decipientur,
quid sit tunc agendum.

Audi Fili, audi doctrinam Patris Philosophorum, Aristoteli Spagyri, qui tibi præcipit, ut accipias Lapidem animalem, vegetabilem mineralēm, &c. ubi liquet, Lapidem animalem esse, qui tanquam serpens ex corruptione perfectissimæ naturæ humanae de industria inter duos montes emissus gi-
gnitur,